



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De homicidiis & calumniis episcoporum, & reliquorum ordinum. v.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D. BVRCHARDI EPIS. VVORMAC.

mere potest precio iam supradicto, sextam feriam omnino  
dis obseruet in pane & aqua, & nequaquam redimat. His  
expletis, sacram communionem accipiat.

De homicidiis, & calumniis episcoporum, & reliquo-  
rum ordinum. Cap. V.

*Ex cōcil.  
apud  
Theodo-  
nis villā  
habito.  
cap.3.*

**I**N concilio apud Theodonis villam, vbi interfuerunt  
XXXII. episcopi, Histolphus Moguntiensis archiepisco-  
pus cum suis suffraganeis, Hetti Treuerensis archiepisco-  
pus cum suis suffraganeis, Ebo Remensis archiepiscopus cum  
suis suffraganeis, cum nunciis reliquorum episcoporum  
Galliae & Germaniae, ob nimiam præsumptionem quoru-  
dam tyrannorum in sacerdotes domini debacchantium,  
propter factum quod in Vasconia nouiter accidérat  
episcopo Ioanne, in honeste & inauditè mordridato, deci-  
tum est, ut communi consensu & humili deuotione supplici-  
arentur auribus principis, si suæ pietati complaceret, ut  
lumnia in Christi sacerdotes peracta, iuxta synodalica de-  
terminaretur pleniter statuta, hoc idem episcoporum iudicium  
placeret, si ex toto secundum potestatem eorum posset de-  
finiri, id est, ut canonica ferirentur sententia, hi videlicet  
qui timorem domini postponentes, in ministros suos gra-  
fare præsumerent. Quod si vero pietati eius complaceret,  
iuxta capitula regum præcedétiūm, vbi eorum prouisione  
sericorditer in offensis pecuniae quantitatem interpolari  
pro consolatione sanctæ Ecclesiæ, ut præfatæ res per pa-  
niam ab imperatoribus sacerdotibus ad defensionem con-  
cessam, & per pœnitentiam determinarentur /episcopo-  
rum iudicio, si pietas illius collaudare voluerit, sic definiri  
eis complaceret. Si quis subdiaconum calumniatus fuerit  
vulnerauerit, vel debilitauerit, & conualuerit, quinque qua-  
dragesimas sine subditis annis pœnitentia, & trecentos soli-  
dos cum sua cōpositione, & episcopalibus bannis episcopo  
cōponat. Si autem mortuus fuerit, singulas supradictas Qua-  
dragesimas cum sequentibus annis pœnitentia, & CCC.  
solidos, cum tripla sui compositione, & episcopalibus banni-  
s' triplicibus episcopo componat. Si diaconum calu-  
niatus fuerit, & conualuerit, sex Quadragesimas sine sub-  
ditis annis pœnitentia, & CCC. solidos cum compositione  
sua & episcopalibus bannis episcopo componat. Si autem  
mortuus fuerit, singulas supra dictas sex Quadragesimas

DE HOMICIDIIS DECR LIB. VI. 144  
cum sequentibus annis pœnitentia, & DC. solidos cum triplici sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si quis presbyterum calumniatus fuerit, & spassauerit, sex Quadragesimas sine subditis annis pœnitentia, & DC. solidos cum triplici sua compositione, & episcopalibus bannis triplicibus episcopo componat. Si autem mortuus fuerit, duodecim annorum pœnitentia secundum canones ei imponatur, & DCCCC. solidos cum triplici compositione sua, & episcopalibus bannis triplicibus componat. Si quis episcopo infidias posuerit, comprehendenter, vel in aliquo de honestauerit, decem Quadragesimas cum subditis annis pœnitentia, & presbyteri occisi triplicem compositionem componat. Si autem in casu & non sponte occiditur, cum comprouincialium episcoporum consilio homicida pœnitentia. Si quis autem sponte eum occiderit, carnem non comedat, vinum non bibat cunctis diebus vita suæ, cingulum militare deponat, absque spc conjugij in perpetuum maneat. Aistolphus Moguntiensis archiepiscopus dixit: Si principibus placuerit, aliisque suis fidelibus, rogemus ut collaudetur & subscribatur. Et collaudatum est, & subscriptum est, tam à principe, quam à ceteris omnibus.

## De eadem re. Cap. VI.

<sup>151</sup> **D**lacuit nobis & fidelibus nostris, ut sicut ab episcopis & reliquis sacerdotibus ac Dei seruis, alio anno apud Theodonis villâ admoniti fuimus & rogati, ut episcopi & eorum ministri quos Deus suo non humano iudicio referauit, iuxta sanctorum canonum sanctorumque patrum, ac ecclesiast. capitularium præcedentium regum coram positorum statuta, & Dei sacerdotes, eorumque cooperatores, quorum buriam a intercessionibus supplicationibus sancta Dei Ecclesia conflare videtur, intacti permaneant. Constituimus, ut si quis et primis subdiaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, pœnitentia canonica pœnitentia, & CCC. solidos episcopo compонат. Et si mortuus fuerit, iuxta id quod canones præcipiunt pœnitentia, & CCCC. solidos episcopo componat. Si diaconum quis calumniatus fuerit, & conualuerit, pœnitentia secundum canones, & CCCC. solidos episcopo compонат. Si non conualuerit, iuxta præcepta syno-

*Ex cōcil.  
Triburiē  
si, cap. 1.  
Capitulū*

*apud Tri  
tura, & Dei sacerdotes, eorumque cooperatores, quorum buriam a intercessionibus supplicationibus sancta Dei Ecclesia con Carolo  
flare videtur, intacti permaneant. Constituimus, ut si quis et primis  
subdiaconum calumniatus fuerit, & conualuerit, pœnitentia Galliae et  
canonica pœnitentia, & CCC. solidos episcopo compонат. Et si mortuus  
fuerit, iuxta id quod canones præcipiunt pœnitentia, & CCCC. solidos episcopo componat. Si diaconum quis calumniatus fuerit, & conualuerit, pœnitentia secundum canones, & CCCC. solidos episcopo compонат. Si non conualuerit, iuxta præcepta syno-*